

his verbis hanc urbem describit, *Dunelmum est col-*
lis ab una vallis planicie paulatim, & molli clivo turgescens
in cumulum, & licet situ aspero, & prærupto rupium om-
nem aditum excludat hostium: tamen moderni collibus im-
posuerunt castellum. Ad radices pedis Castelli defluit amnis
piscosus, præsertim Ictio. Eodem fere tempore, ut ha-
bet vetustus ille liber, Guilielmus de Carelepho E-
piscopus, qui monachos hic denuo congregavit
(eorum enim claustra Danus ubique subverte-
rat) demolita illa ecclesia, quam Aldwinus ædifi-
carat, aliam meliori opere incœpit, quam Radul-
phus successor perfecit, novamque postea fabri-
cam Nicolaus Fernham Episcopus, & Thomas
Melcombe Prior anno Christi CCCCXLII adjece-
runt. Satisque longo post intervallo ad Occidu-
am Ecclesiæ partem W. Skirlaw Episcopus elegans
opus substruxit, quod Galileam vocant, & in quo
Galliaæ.
venerabilis Bedæ tumulum marmoreum transstu-
lit. Quo in loco Hugo de Puteaco olim ædificium
inchoavit, in quo, ex antiquo libro loquor, mu-
liebris licite fieret introitus, & que non habebant ad secre-
tiora Sanctorum locorum corporalem accessum, aliquod ha-
berent ex sanctorum contemplatione solatum. Radulphus
autem ille Episcopus (ut tradit historicus no-
ster) locum inter ecclesiam, & castellum, quem multa oc-
cupaverant habitacula, in patentis campi redegit planitem,
ne vel ex sordibus contaminatio, vel ex ignibus ecclesiam
attingerent pericula. Vrbem etiam licet natura muniret,
muro reddidit munitorem, & augustiorem, à cancello ec-
clesie ad arcem usque castelli perducta murum construxit
longitudine, qui jam vetustati sensim cedit, nec ho-
stilem unquam, quod acceperim, vim sensit. Cum
enim David Brus Rex Scotorum ad Beauparke us-
que five Bereparke, (vivarium est illud suburbano)
ferro & flamma sœvisset, (Edwardo Tertio
Caletum Galliæ obfidente) Henricus Percy &
Guilielmus Zouch Archiepiscopus Eboracensis
cum tumultuariis suorum cohortibns, se Scotis
objecerunt, & ita animose aggressi sunt, ut pri-
marum & secundam aciem capto rege ad interne-
cionem fere ceciderint, tertiamque in eum timo-
rem conjecterint, ut citatissimo, quam potuerant,
agmine sigerint, nec præruptissima loca pavori,
donec in sua se recepissent, obstiterint. Nobilis
hæc illa pugna est, & inter multas memoranda
Scotorum strages (quam prælium ad Nevilli Cru-
cem nostri vocitant) Nobilissimis enim Scotorum
in hoc cæsis, & Rege capto, multos agros in con-
finio nostris cedere, & plurimas arces dedere
coacti fuerunt. Sed hæc de Dunelmo satis, cui si
placet, cum Nechami Disticho, & Ionstoni He-
xasticho valedicam,

Arte, si tuque loci munita Dunelmia salve,
Qua floret sancta religione apex.

VE D R A ruens rapidis modo cursibus, agmine leni,
Seque minor celebres suspicit urbe viros,
Quos dedit ipsa olim, quorum & tegit ossa sepulta;
Magnus ubi sacro marmore BEDA cubat.
Se jactant aliae vel religione, vel armis;
Hac armis cluit, hac religione potens.

De Monachis ejectis, Præbendariis xii, Ar-
chidiaconisque duobus substitutis, & de Prioris
nomine in Decani dignitatem mutato, nihil est
quod scribam, cuivis enim sunt notissima. Lon-
Britannia.

gitudinem grad. xxxi, scrup. o, Latitudi-
nem vero grad. lxxxii, scrup. lvi definitam
habet.

Sub Dunelmo, ne hoc omitram, ad Orientem Shirburn
egregium admodum cernitur Xenodochium, Hospitale.
quod Hugo ille de Puteaco Episcopus opulentissi-
mus, & momentaneus Northumbriæ Comes Le-
prosis (ut habet Neubrigensis) indulgentior, profusa
quidem, sed tamen ex parte minus honesta largitione con-
struxit. Alieni quippe juris non modicum huic devotioni per
potentiam applicans, dum propria sufficienter impendere
gravaretur. Attamen ad sexaginta quinque lepro-
sos (præter sacrificos) alenos proventus satis o-
pimos assignavit.

Rectiori hinc lapsu in Septentriones *Vedra* suas
aquas ducit per Finchale, ubi, Henrico Secundo
regnante, Godricus vir antiqua, & Christiana Finch-
simplicitate, totus Deo defixus solitariam vitam
egit, & peregit, eodem loco sepultus, quo (ut
habet Guilielmus ille Neubrigensis) vel orans pro-
cumbere, vel agrotus decumbere consueverat. Qui tan-
tam sui admirationem hac sancta simplicitate ex-
citavit, ut ejus memoriam ecclesiola R. frater
opulentissimus illius Episcopi Hugonis de Puteaco ho-
norarit. Inde *Vedra* defertur per Lumley castrum
Lumley.
vivario inclusum, sedem Lumlejorum vetustam,
Barones
quibus genus est à Liulpho viro in hoc tradi-
Lumley.
summa nobilitatis sub Rege Edwardo Confessore,
qui Aldgitham filiam Aldredi Comitis Northum-
briæ duxit. Horum Marmaducus matris insignia
sibi ascivit, (cujus jure opimam Thwengorum hære-
ditatem adierat,) scilicet baltheum, vel fasciam
rubram inter tres virides Psittacos in clypeo ar-
genteo, cum ante Lumlei gestassent Psittacos sex
argenteos in parma rubra. Filia enim illa primo-
genita Marmaduci Thweng Domini de Kilton & u-
na hæredum Thomæ Thweng fratris sui. Radul-
phus vero Marmaduci illius filius primus Baro de
Lumley à Richardo Secundo creatus erat. Quo
honore Ioannes ab eo nonus hodie gaudet, vir
absoluta animi virtute, vita innocentia, omni-
busque veræ nobilitatis ornamenti senex hono-
ratissimus.

E regione non procul ab altera fluminis ripa, Chester
sedet Chester upon the street, id est, Castrum, vel Urbe-
upon the
street.
la ad viam publicam, Concepere Saxonibus dicta, un-
de CONDERCVM ego judicarim, in quo Alam pri-
mam Asturum Romanis temporibus stationem
ad lineam (ut inquit) valli habuisse memorat li-
ber Notitiarum. Pauculis enim milliaribus à Val-
lo, de quo postea dicendum, abest. Lindifarnen-
ses Episcopi cum Cuthberti sui corpore, Danica
intonante tempestate, in hoc annis C X I I deli-
tuerunt. In cujus memoriam cum Egelricus E-
piscopus Dunelmensis novæ ecclesiæ eo loci fun-
damenta jaceret, tantam pecuniæ vim defossam
reperit, ut abunde jam dives episcopatus abdicaret,
& Petroburgum reversus, cuius prius Cœno-
biarcha erat, vias per paludes munierit, & alia
opera non sine maximis impensis excitarit. Et lon-
go post tempore Antonius Beccus Episcopus
Dunelmensis ecclesiam Collegiatam, Decanum,
septemque Præbendas hic instituit. In qua monu-
menta majorum suorum à Liulpho continua suc-
cessionis serie ad nostra usque tempora è dirutis
monasteriis conquisita, vel de novo facta pulchro
or-